



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.13. Ostendit se Christus Meßiam à Patre cælesti promissum, cum verba sunt, sicut eius legati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

XV. & rapidè dimanant cum impetu, hoc enim est, (Flamm) de monte Libano, quo celestis Patet designatur, ex quo filij Christi doctrina profuit, eius diuinitas, & quidquid habet, cursu naturali ac impetuoso, de quibus miranda nobis se offerunt dicenda mysteria quæ citatis ex D. lo-  
*Tract. 1. 5. ane verbis: Vidimus cum plenam, gratia & veri-  
 in Ioan. sari, quasi unigeniti à Patre & significantur.*

Ultimam manum huic discursui imponamus, altero subtili satis D. Ambrosij estu conuenienter expendit quod ait D. Ioannes de veste Christi, quod consuta non esset ex multis partibus: sed

XVI. *Erant inconsutiles desuper contexta per totum: Ad quid tam exacta vestis descriptio? Multum quidem per omnem modum. Vestis, ut constat ex D. Ambrosio, symbolum est sapientia: ea namque est quæ vestit, adornat, pulchramque reddit animam. Nostra sapientia (inquit) vestis est consuta, partibus ad partes annexis: etenim primò docet Iudi magister puerum litteras, deinde ex litteris formare syllabas, ex syllabis verba componere: Post hæc aliam atroxie partem Grammaticam, eni confestim assuit Dialecticam & alias scientias, na vt scientia nostra vestis sit consuta per totum, dum paulatim, successuque temporis simbra simbrae copulatur: Nostra sapientia, hoc est humana consuitur assuitur enim libros ad studia Grammatices, tradimus philosophis, erudimus eos, vt sapientia in istis, qua non erat, acquiratur.*

Porro sapientia Christi per simbras industriam magistrorum consuta non dicitur, sed *Inconsutiles est desuper contexta per totum: continet enim in se connexas & vnitas omnes scientias, & hoc illi inde contingit, quòd principium suum habet de superis: Desuper contexta, Patrem suum scilicet æternum qui simul totam illi communicauit sapientiam eum illa vestiens atque adornans: Domini autem sapientia non assuta est, non quaesita, non enim didicit à magistro, sicut ipsi Iudas dicunt: quomodo hic litteras nouit, cum non didicerit? Et ipse dicat: mea doctrina non est mea, hoc est, de hoc mundo, sed eius qui misit me. Hoc est, quod ait, de superiori contextum, quo vestitum, vel quibus ornata vestimenta Ecclesia Catholica semper ornata est, sicut propheta ait: Assuit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Hæc est illa vestis qua mater Ecclesia decoratur, doctrina Christi non prolapsa temporis, sed desuper vel tetræ præceptoribus efformata, sed desuper à Patre æterno communicata cœlitis & inspi-  
 rata.*

9. 13. Ostendit se Christus Messiam à Patre celesti promissum, cum verba sunt, sicut eius legati.

Insignes sunt hæc Sanctorum explanationes, 36 & omnes in vna, & magis aperta comprehenduntur, sed quæ superna contineat mysteria, & ea est quòd in illis verbis: *Mea doctrina non est mea loquatur Christus ostendens se legatum à celesti suo Patre missum, in quo propheta illa celebris, omnibusque illis notissima sit impleta, quæ Deus ore vatis Malachia: præ-nuntiatur, quam superius cepimus explanare: Statim veniet ad templum etc. dominator etc. Et Malac. 3. 2. Angelus testamenti quem vos vultis. Angelus idem est, quod nuntius, seu legatus, vt discimus ex D. Greg. & vt talem se hodie offert in Euangelio, sermones suos prosecutus, in illis eodocis, Christus quod inconcussa fidei legatus non suam sed legatus Domini quærat mittentis, exaltationem. Quando Rex legatum mittit gratioribus deputatum tre mil-negotijs, quæ dicenda sunt illi in iungit legatio. I. nem faciendam ipse componit, & nuntia præ-nuntiat explicanda; in hoc autem integerrimam suam legatus probat fidelitatem, vt nihil de suo superaddat, sed legationem seu commissionem exponat puram ac simplicem, qualem illi Rex suus præordinauit. Et dum exponens commissum admittitur ille qui hoc recipit, inquit: Illud meum commissum non est meum, sed Domini Regis me mittentis. Suum est & suum vocat quia ipse est qui illud intimit, ac denun-tiat: & suum non est quia ex eius non prodit cerebro compositum: sed regis est eum mittentis inuentio.*

Hoc voluit Dominus hodie significare quòd ipse per prophetas Hieremiam & Abdiam (in Hier. 49. terprete D. Hieronymo) solum se dixit legatum à Patre celesti missum, & quod talis ipse veniat: v. 1. Legatus ad gentes missus sum; cui vt tali æternus Pater signauit, & specialiter ac minutim indi-cavit, quidquid dicendum fore conueniebat, quocirca nec verbum protulit aliud, nec quidquam docuit diuersum, nec opus patrauit ali-quod siue paruum siue magnum, nec pedem mo-uit, aut manum, nisi iuxta Patris sui beneplacitum atque instructionem, & ea quæ ille sibi man-dasset ac ordinasset & hoc pluribus ipse suis in concionibus palam professus est: *Qui me misit, Ioan. 8. verax est. Et ego qua audiui ab eo, hæc loquor in 26. 28. mundo, & sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et vi-simam*

simam cetero referent eam D. Iohanne, his verbis abscluit: *Ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mandatum dedit, quid dicam & quid loquar &c. Quia ego loquor, sicut dixit mihi Pater, si loquor. Est autem hoc iustum ut eam ob causam ab Apostol. inquisitus de ultimo die iudicij, respondeat: *Die autem illo vel hora, nemo scit, neque Angeli in celo, neque filius hominis. Quærit SS. Patres qua veritate dicere hoc poterit prima veritas: cum enim esset ipsa Patris sapientia, per quem tempora diefque disponuntur, ipse iudex, cuius Pater potestati remisit agendum quidquid illius ultimi diei iudicij requirit auctoritas, illum non potuit ignorare? Respondet & nodus dissoluit D. Augu. quod locutus fuerit velut legatus à Patre: missus tanquam magister, ut doceret diceretque ea quæ sibi Pater docenda, dicendaque iniunxisset: & iuxta hanc rationem, hoc tantum nosse dicitur quod illi Pater præcepit dicendum; ut legatus, ac magister illius intuitu solum affirmat se scire illud, quod scit sibi ordinatum ut diceret. Sicut autem celestis Pater & hoc non ordinavit, ut certum iudicij diem futurum promulgaret, se illum ait ignorare.**

III. Christi ad Patrem obedientia.

Ex his perfectam Christi æterni Patris discas obedientiam, qualis nunquam in omnibus religiosis simul iunctis eam voverunt fuisse perhibetur quos optime celestis ille Præceptor informat, qualem servare debeat, quandoquidem nec verbum vllum, siue magnum, siue parvum protulerit nec opus aliquod effecerit, nec pedem, manum oculos, linguamque moverit, nisi de expresso Patris sui mandato: *Ipse mandatum dedit mihi quid dicam, & loquar: sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio.* O præclarum obedientia præceptorem, qui cum illa vite spiritalium inchoasti, nam quo fuisti momento conceptus in ventre matris tuæ purissimæ, de ea rotum emisisti: *Ingressus mundum dicit &c. Ecce venio ut faciam voluntatem tuam.* Et in illa integrum vite tue perfectissimum decursum, imo & absolutum: *Factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis.* Et hæc, ne dubites, diuino facta consilio, ut hoc modo opera eius ex illa parte tantò meriti forent eminentioris. Etenim ut veridica nos docet Theologia quoties operi bono connectitur obedientia, illud exultat, & meritum tribuit, valoremque longè digniorem: prout die Martis proximo dicendum.

Hoc igitur est, quod Dominus his verbis innuit: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Eius doctrina est: quia ipse magister erat,

qui prædicabat eam & docebat, ipse legatus erat qui lingua sua nuntia mundo deserebat. Verumtamen eius non est quia illam ex se non pronuntiat, sed expressa dispositione, instructione, ac celestis Patris decreto, eum nuntientis cuncta Christus proloquitur &c. Hæc intendit Christus directè Iudæorum respondere non tantum illi, quod perfidorum respoæet verba referebant, quantum illi quod per ea di-blasphemate prætendebat, sacrilegæ nimirum ac blasphemæ calumniæ videlicet quod doctrinam suam ac sapientiam à diabolo præceptore communicasset.

Superius iam prælusimus, opera Christi eiusque doctrinam tantæ fuisse excellentiæ, ut eas ultra humanas vires esse negare non poterint inimici: porro ne diuinas esse faterentur, si tamque hoc concederent, illi credere tenerentur, effutierunt, satanica hæc fieri virtute, Christumque nefariè diabolo esse confederatum. Hoc de eo iudicium concives Nazareni tulerunt, quando operum illius atque doctrinæ conuicti magnitudine dicebant: *Vnde huic sapientia hæc & virtutes.* Non eum præptio compellabant nomine, sed ex contempta quæritur *Hic, g. d. homo vilis adeo, gregarius, terræ filius cuius manus, ac scientia non altiora quam fabrilis nouerunt vquam opera: vnde statim inferebant: Quomodo hic? sicut nunc: Quomodo hic littera scri &c.* Hæc est, ex Theophilacti sententia propria Iudæorum interrogatio: *Obstupescimus, quod solet inuidis accidere, sicut pauper vicinus repente in splendidiore vestitu præstat & vident eum vicinus inuidus, dicit: quomodo hic iam sumptuosus vestibus indutus est. vnde huic vestis illa? Similiter si mulierem videres, parperem, triviale quæ cum non habeat vnde suti vel assem acquirat, subito predeuntem in foire togâ indutam plumariâ, pallâ byssinâ, annulis aureis, vitis gemmis ornata torque margaritis intorta, proculdubio diceret. Vnde huic hæc omnia? vnde sibi comparavit iudicares, quod ex illicito, vel ab alio illi intimus affectu illa conquisisset. O sacrilegos proditores exclamat D. Chryssostom. ex quo colligere debebant, Christum esse Deum, nefarij concludunt eum, ut Dei inimicum, amicumque diaboli: *Ex eo quod virtutem diuinam inferre debebant, virtutem diuinam videbantur destruer. Ho. 48. in re. Quadrat illis optime illud Psalterij: Conuersi Ioan. 7. 1. sunt in arcum prauum. Arcus prauus qui cum sagittam in hauc deberet torquere partem, in illam retorquet.**

Ut blasphemam hanc Christus contumeliam refelleret, eius hæc prima cura fuit, ut probaret, quæ

IV. Christus proloquitur &c. Hæc intendit Christus directè Iudæorum respondere non tantum illi, quod perfidorum respoæet verba referebant, quantum illi quod per ea di-blasphemate prætendebat, sacrilegæ nimirum ac blasphemæ calumniæ videlicet quod doctrinam suam ac sapientiam à diabolo præceptore communicasset.

37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

quæ faciebatur opera, virtute celestis Patris sui fieri, & quam proferebatur doctrinam, ab eodem sibi esse communicatam. De operibus fusc satis dist. urrit post paralytica apud piscinam curacionem, vt diximus; de doctrina verò ac sermonibus hædie agit, illa responsione: *Mea doctrina non est mea, sed eius, &c.* Et hic sensus est maximè legitimus, quem Euthymius appellat: *Profundiorè intelligentiam; Quem sequitur Theophilactus, & ambo sumptèrunt ex D. Chrystolo. & D. Cyrillo quòd Dominus ostendere & probare conatur quòd doctrina sua diabolo nequam esset adscribenda præceptorì, nec aeterno Patri contraria, sed nec diuersa, quinimo taliter esset sua, vt pariter esset & Patris sui celestis:*

2nc. Ioan. No. 48. in Ioan. I. 4. in Ioan. VI.

Quid aduerbium non, significet.

Matt. 10. 20.

Ioan. 12. 44

1. Reg. 8. 7

Ephe. 6. 12.

1. Cor. 15. 10.

Hom. in illud enim autem subiecta: habetur post Ep. ad Cor. Hebr. 1. 1.

Lib. de Adorat. in Bir.

Quocirca il a dictio Non dum dicit non est mea, non absolute sumenda est, sed eo modo vt idem significet, quod *Non solum.* q. d. Mea doctrina, non solum mea est, sed etiam & primario Patris mei est: Et hic loquendi modus est Christo familiaris: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* q. d. Non estis vos soli qui loquimini, sed etiam & principaliter loquitur Spiritus S. Et iterum: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Et olim audivimus Dominum dicentem Samuel: *Non te speraverunt, sed me.*

Hic supradado Paulum Apostolum in illa tritissima sententia: *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus Principes & potestates.* Negate non vult, nullum nobis adversus carnem esse certamen, quod toties iam confessus fuerat, sed indicat quòd nedum contra carnem luctandū sit, sed etiā & principalius, contra tenebrarum principes qui per illam & in illa nobis graviter impugnant. Pariter & in illa: *Abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Scilicet laborasse non negat, sed quòd principaliter labori suo divina gratia concutierit auxiliatrix. Nihilur ergo Christus (ex mente D. Chrystol.) illis asserere, quod si doctrinam suam minime receperint, Dei non acceptent doctrinam: etenim illa, quam ipse proponit, non tantum eius est, sed ipsius Dei. Hoc adimplet quod postmodum Iudæis exposuit Apostolus: *Multifariè multisque modis olim loquens Deus patribus in Prophetis, notissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Ab antiquis temporibus idem promiserat Moyse: *Deus in figura pro vt sequitur D. Cyrill. Alexand. quando præcepit illi Dominus fabricam propitiatorij quod erat tabula ex auro purissimo, quam super arcam collocare debebat, in qua duæ tabulæ le-*

gis inclusæ fertabantur; vt esset Dei sedes ex qua, & per quam loqueretur: ita vt vox quæ de propitiatorio procederet Dei esset, qui sedem suam ibi fixerat: *Factus est propitiatorium de auro mundissimo, &c. inde præcipiam & loquar ad te supra propitiatorium.* Plurima detegit D. Cyrill. hic mysteria, qua ratione Christus sit propitiatorium, & ex auro, & in quo sedeat Deus, & in quo & per quod loquitur, ex quibus manifestè patet quàm eleganter, dicere potuerit. *Mea doctrina est mea.*

§. 14. Probat Christus se Prophetam esse promissum, in cuius ore Deus verba sua poneret, & irretractabilis castigaret.

EX his præmissis mirabilis erit intelligentia verborum Christi, qui spectare vult illis, celebre hoc facinus quod Deus per Moysen populo suo fecit in Exodo: cum iam mori proximus esset illi hoc idem reduxit in memoriam, quo seruum suum consolaretur, in Deuotionomio promissum adeo nobile quod et neclate perpendit D. August. quamvis enim quidquid Moyses literis mandavit de Christo & propter Christum fuerit: *De me ille scripsit: ait ipse Christus: omnium tamen clarissima scriptura, quam de Christo exaravit, illa fuit. Et D. Chrystolom. egregie probat, quod in solo possit Christo veritificari. Descendit Deus de monte Sinai legem daturus igne terribili circumcinctus, scintillas eubraus ardentissimas tonitru, fulgure & coruscatione ita formidabilis, vt totus populus tremore nihilo percelleretur, & in tantam de Deo formidine trepidus corrueret, vt ad Moysen confugeret, eum deprecatus, vt à Deo hanc gratiam obtineret, vt non ipse populo loqueretur nec ad eum sursum in montem ascendere teneretur, ne forte timore ceterptus vilo tam horrendo spectaculo moretetur; ipse verò Moyses sequester esset, ipse nuntia verbaque acciperet, quæ populo Deus intimare vellet, ipse ex Dei nomine loqueretur, quod eum libentissimè essent audituri, Loquere tu pro nobis Dominam, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Adit Dominum Moyses: aitque Domine mi populus ille, hoc igne, tonitru & coruscatione quibus apparuisti, tanto metu consternitur, vt sola cogitatione deficiens concidat, nec ferre potest tantam sibi loquentis, maiestatem. Te humiliter deprecatur, placeat tibi, vt quod illi indicare volueris, fiat me mediatore. Respondet Dominus: *Egece locuti Deus, 18. omnia 17.*

38. L. 6. contra Faustum cap. 22. Ho. quod Christus sit Deus Tom. 53 Exod. 10. I. Proponitur Dei de Christo mitendo promissu.